



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino
Lugduni, M. DC. LXXX.**

78. An Miles deportatus, vel Capite damnatus possit condere
testamentum, modo ex militari delicto damnatus fuerit, & Sacramenti
fides rupta non sit, & de bonis castrensibus testetur? Et an de aliis, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

heredem facere potest, per text. l. in fraudem. 15. §. 1. ibi, Miles nuda voluntate ff. de testam. mili. & facit, l. iure militari 4. ff. de iur. & §. quonimo instir. de milit. test. & l. ubi non vocat. ff. de reg. iur. Atque ita sentit Alex. in l. differetis 10. colum. vlt. Cod. qui test. facer. poss. Ang. consil. 267. testator fecit testam. Andr. Tiraq. in cr. de privileg. pia causa. priu. 8. Ferdinand. Valquius dicto lib. 2. de success. progressu §. 20. n. 44. & n. 26. vbi in hanc sententiam allegat Emanuel a Costa in l. Gallus §. quid si tantum ff. de lib. & post part. 1. n. 3. quibus etiam adde Reusnerum tract. de test. p. 5. cap. 7. n. 26. Hunnium in Encyclop. iuris part. 4. tit. 5. c. 1. n. 2.

RESOL. LXXVI.

An Miles captus ab hostibus testamentum iure militari facere possit?

Et quid de Militibus in bello iniusto, qui propter rapinam & nummos bellum sequuntur? Ex p. 7. tract. 6. Ref. 51. alias 50.

§. 1. Respondent negativè communiter DD. assentunt igitur, quod captus ab hostibus ne quidem iure militari testamentum facere potest l. facere 10. ff. de testam. milit. quo loco, quod notandum est, hostium captus fuit. Sic & alibi potiri quis dicitur iis rebus, quæ sibi iniusto obveniunt, vt in eo Antonij: Aut nam citò morte potiri. Lim tatur tamen hæc opinio, nisi captus ab hostibus reuersus fuerit, nam tunc beneficio postliminiij iure militari testari potest. Et hæc omnia docet Enkelius de Privileg. milit. lib. 2. Privileg. 16. n. 21. Hunnius in Encyclop. iuris part. 4. tit. 5. c. 2. n. 2. Bocerius in de Bello lib. 1. c. 18. n. 22. Reusnerus tract. de test. p. 5. c. 7. n. 7. & alij.

2. Notandum est etiam hæc obiter obfides iure militari testari non possit. Ita Reusnerus, ubi supra num. 4. & Hunnius, num. 4. neque milites qui in Bello iniusto propter rapinam, & nummos Bellum sequuntur. Idem Reusnerus part. 4. c. 5. n. 15. & alij.

RESOL. LXXVII.

An Miles filiusfamilias testari possit?

Et an tantum de castrensis, vel de quibuscumque aliis bonis testari possit? Ex part. 7. tract. 6. Refol. 61. alias 60.

§. 1. Ad hoc dubium absolute pro affirmatiua sententia respondet Hunnius in Encyclop. iuris part. 4. tit. 5. cap. 2. num. 9. vbi sic ait Miles etsi filiusfamilias, iure tamen militari testari potest, etiam de quibuscumque bonis. Ita ille, qui citat Vvesenbecium, consil. 17. num. 32. vol. 1. Verum Enkelius de priuileg. mil. lib. 2. priuileg. 16. num. 38. & alij rectè obseruant hoc privilegium in castrensis tantum bonis habere locum: nam quamuis indifferenter loquatur lex miles 22. Dig. milit. test. tamen quia constat militem filiumfamilias in castrensis tantum bonis, non etiam in paternis, testari, etiam militariter posse, (nam de sua hereditate miles statuere pro libito potest, alienum autem ius minuere potest, l. filiusfamilias 28. Dig. h. t.) indubie de illis tantum privilegium est accipiendum. Et facit l. seq. ibid. quæ expresse de castrensis duntaxat bonis agi demonstrat: sed circa præsentem questionem ne deseras etiam videre Bocerum, in de bello lib. 1. cap. 18. num. 9.

Tom. VI.

RESOL. LXXVIII.

An Miles deportatus, vel capite damnatus possit concedere testamentum, modo ex militari delicto damnatus fuerit, & Sacramenti fides rupta non sit, & de bonis Castrensis testetur?

Et an de aliis, quam de castrensis bonis testari possit?

Et quid est dicendum de aliis deportatis, vel capite damnatis, qui milites non sunt? Ex p. 7. tract. 6. Ref. 52. alias 51.

§. 1. Respondeo quod licet deportatus vel aliter capite damnatus, Testamenti factionis potestatem non habeat, l. eius qui 8. §. 1. & seq. ff. qui test. fac. poss. Et licet hodie deportatorum, vel capite, aut metallâ damnatorum bona non publicentur extantibus liberis, vel parentibus usque ad tertium gradum, Novell. 134. vt nulli iudicium. Auth. bona damnatorum, C. de bonis proscriptorum. Tamen quia ipsi damnatis bona adiunguntur, & in liberos, vel parentes transferuntur, atque adeo nudi, & bonis exuti vtiunt, ne hodie quidem illi Testamenti factionem habebunt, Cuius d. l. eius qui 8. in fin. ff. qui test. fac. poss.

2. Miles tamen deportatus, vel aliter capite damnatus, ius testamenti faciendi habet, modo ex militari delicto damnatus fuerit, & sacramenti fides rupta non sit, & de bonis castrensis testetur, d. l. ex militari 11. in princ. ff. de test. mil. De aliis, quam castrensis bonis testari non potest, nisi in sententia, qui condemnauit, potestate testandi illi permiserit, l. si quis filio 6. §. sed etsi quis ff. de iniust. rupt. irrit. fact. test. iuncta l. si quis 22. §. 1. ff. de leg. 3. Et hæc omnia docet Bocerius, in de Bello lib. 1. c. 18. n. 21. & 22. Vide etiam Enkelium de priuileg. mil. lib. 2. priuileg. 16. n. 29. & seq.

RESOL. LXXIX.

An testamentum Militis cum breuiaturis & notis confectum sit validum? Ex parte 7. tract. 6. Refol. 53. alias 52.

§. 1. Licet integris literis non notis testamentum scribendum sit, l. sed eum 6. in fin. ff. de bon. poss. Cuius l. 3. obs. c. 3. Ferdinand. Valquius in de success. lib. 2. de success. progressu §. 20. num. 8. vbi plures text. & DD. auctoritates pro confirmanda hac sententia adducit. In militis autem testamento ea solemnitas remissa est; quippe cum etiam notis hæres scribi possit, l. Lucius 4. in princ. de test. mil. Tiraq. de priuileg. pia causa, priuileg. 12. Ferdinand. Valquius lib. 2. de success. progressu §. 20. n. 8. quibus adde Reusnerum tract. de test. p. 5. c. 7. n. 27. Valterum lib. 2. Miscellan. c. 12. Hunnium in Encyclop. iuris part. 4. tit. 5. c. 3. n. 3. Bocerium, in de bello, lib. 1. c. 18. n. 3. & Enkelium de priuileg. mil. lib. 1. priuileg. 16. n. 47.

RESOL. LXXX.

An Miles pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere possit? Ex parte 7. tract. 6. Ref. 54. alias 53.

§. 1. Etsi si aliquis efficere non possit vt pro parte testatus, & pro parte intestatus decedat, est enim earum rerum naturaliter inter se pugna, testatus, & intestatus l. de hereditate 19. §. 1. ff. de castren. pecul. l. ius nostrum ff. de reg. iur. l. si miles 6. l. quærebatur 19. in princ. ff. de test. mil. vnde licet vnus heredem ex semisse tantum instituat, tamen ille in totum assensum succedere potest, §. non autem. Inst. de hered. inst. Et qui certæ rei hæres instituitur coherede non dato, bonorum

N 2 omnium